e-codices

Prefacio walefridi abbatis augensis cenobii de vita beati galli confessoris cristi :-

Niſi me ſtarum auctoritas ſcri-
pturarum et precipue iª vidia
pphete ſentencia q̄ ſacrificio
obediencia pfertur· ad neceſſitate
obediendi coſtringeret preceptis
vris o ſanctiſſimi patres apologie hu-
modi genus opponere. Si ppheta qui
antequam formaret in utero a dno
electus eſt· et priuſquam exiret de ventre
ſanctificatus eſt· dum eum dns ſpiritu ſuo
illuſtrans· verbi officio mancipare(t)
de etatis infirmitate et ignorancia
conqueſtus eſt. Quid ego peccator acturus
ſum· qui in iniquitate conceptus· et in
delicto pfuſus· propter ſordes vite incir-
cumciſus ſum corde et auribus· quia
videlicet nec ſcienda digne percipio·
nec audita devote conſeruo. Quomodo
iuſticias dni enarrabo· et aſſumam teſta-
mentum eius per os meum· cuius etatem
nec tempus adhuc impleuit· nec ſciencia
commendauit. Cuius dicta nec doctrina
corroborat· nec vita confirmat. Preſer-
tim cum ea ſcribere iubeatis et ordinare
quorum dignitate vix animo torpente
concio. Tres tamen ob cauſas audedi talia
viam inuenio· ſcilicet quod credo me a dno
ſubleuandum· obtinuis iuſſa pacit et premiſſa
quod vicium conſideracione exhorrui· obediendi
cupiditate ſuſcepi. Deinde quod me confido
beati galli interceſſione vriſque precibus
adiuuari· per quorum veneracione et amore
grande onus humeris adaptaui debilibus·
Poſtremo quod alienis inſiſto veſtigiis·
veritatiſque tenende linea nouis tamen
modo cogor paſſibus dimetiri. Vitam
igitur ſancti confeſſoris xpi galli patroni mei
cuius corporis theſaurum fidelibus ſuat
excubiis· ſenſu nobilem. ſcripto degen-
erem· vultis a me lumine recte loc-
ucionis ornari· et ſeriem confuſam
capitulorum diſtingui limitibus. Ergo cum
me non poſſim ab hoc excuſare negocio·
eligo pocius pigriciam laterari· quam
inobediencia condemnari. Porro
diu pridem ipſum opus perlegerem·
inueni ab auctore eiuſdem conſcriptionis·
terram quam nos alamanni vel ſueui in-
colimus· altimaniam ſepius nominari. Sed   Nota
cum eius nominis originem quererem· aput nullum
ſcriptorum quorum adhuc noticia nos
reſpexit· eius reperi mencionem. Niſi fa-
llor enim ab alto ſitu prouincie idem vo-
cabulum a modernis confictum eſt. Nam   Rhetia
iuxta ſcriptores autenticos pars ala-
mannie vel ſueuie inter alpes penninas
et meridianum littus danubii ſita· recia
dicitur. Porro quod eſt ad ſeptentrionalem pla-
gam hiſtri· germanie deputatur. Et ut   Germania
non mira dicere exiſtimemur· aliquos
eius rei teſtes aſſciſcamus. Paulus oroſius   Orosius
in cuius dictis fides omnium concordat·
de ſitu terre ſcribens· hec inter cetera
ponit. Pannonia noricus et recia ha-
bent ab oriente moeſiam· a meridie
hiſtriam· ab afficio alpes penninas·
ab occaſu galliam belgicam· a circio
danubii fontem· a ſeptentrione danubium
et germaniam. Cum noricus regio ſit
baioariorum· et eius ſeptentrionalis terminus
danubius et germania· neceſſe eſt reciam
quam ſimul ponit· eiſdem finibus aquilone
verſus terminari. Solinus quoque in polihiſtore
ubi gallie facit mencionem· has prouincias
uno terrarum tractu poſitas huius verbis
deſignat. Criſto ſinu videlicet gallie·
quaqua parte orbis velis exeas. Si tra-
cia ſit petenda· excipit ager recius·
bonus frugibus· brigantino lacu nobilis.
Inde noricus frigidus· parcius fructuoſus·
qua ſubducitur iugis alpium admodum
letus. Dehinc pannonie viro fortes· ſolo
plano vberto que· drauo ſauoque inclitis
amnibus circumflue. Si recia ſolummodo
infra alpes eſt ut multi volunt· quod conſe-
quencia eſt· ut noricum a gallia pergentes
aſperitatem alpium tranſcendamus· et non
pocius per maiorem reciam recto itinere
noricum uſque tendamus. In qua eciam recia
ſecundum ſupra dictam ſentenciam· briganciu
oppidum iam vetuſtate collapſum· lacui qui
reno interfluente efficitur nomen dedit·
qui alio nomine iuxta grecam ethimologiam
potamicus appellatur. Igitur quia micti

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%202r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%202r)